



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 45. Facta est autem contentio inter illos quis eorum videretur esse  
maior. v. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

primebant, ut videretur esse morē naturale; implicabantur denique gravissimum sacrilegium quod veller unusquisque contendentum succedere tibi, cui succedi non potest, quoniam sicuti ipse ne quis decedere à filiatione Dei, ita nemo in ea &c. tuis gratis potest esse successor. Vide Domine in talia impingimus, quando virtutem & tuę gratię ducitum deierimus! ô infinitè labilem naturam nostri generis!

*¶. 45. Facta est autem contentio inter illos quis eorum videretur esse maior. v. 24.*

Cum prædicto modo discipuli Domini inter se coniecant & discep-  
tant, quis nam iste nequam esset inter ipsos, qui rem detestandam molire-  
tur, ne ad fundum quæstionis utilissimæ penetrarent iudas impedivit, Is sua  
vafricie inquisitionem elusit, & Condiscipulos ad aliam quæstionem vafrè  
traduxit, dicens: nos quidem condigne agimus inquirendo in traditorem,  
sed cum Magister noster dicat ipse, quod iam iam sit à nobis auferendus  
per mortem, utilius collegio nostro faciemus, si de capite successuro in Ma-  
gisterio ante omnia disquiramus, vt is scelus hoc vindicet. Videamus er-  
go prius ad cuius iurisdictionem pertineat ista inquisitione, antequam in  
eam nos imprudenter ingeramus. Ecce sic Introducta est alia quæstio, quæ  
zque ac prioris quæstionis materia cor p̄fissimi Domini vulnerauit, quia i-  
psò adhuc viuente de successore disputare, & quidem præsente, est res tur-  
pissima & valde dolorosa. Idcirco cum incidit casus, vt prælato volente  
prouideatur ei de successore, coadiutor dari solet non successor. ne videa-  
mus mortem eius desiderare, cui successorem destinamus. Fuit sane hæc  
res non minima pars passionis Domini, qui etiam illa specie afflictionis ca-  
licem suę passionis voluit amaricari.

*¶. 45. Dixit autem eis Reges gentium dominantur eorum & qui potestatem  
habent super eos beneficī vocantur. v. 25.*

Vt desiderium honoris & dignitatis, temporalis appetitum &c. la-  
tentia in hac contentione mala, Dominus in sua Ecclesia sedaret, oppor-  
tune malum hoc factum discipulorum, conuerterit in documentum pulcher-  
issimum. Itaque gentilium meminit, vt ex hoc rem vituperandam ostende-  
ret. Gentilium est enim ambitus primatum, ibi Reges gentium esse volentes  
occupant animos, vt eo modo emergere possint in mundo, & de domino  
in dominium, de regno ad regnum peruenire, & amplissime habere sibi  
subiectos. filios eorum tollere & ponere in curribus suis, facereque sibi c-  
quites & præcursoribus quadrigatum suarum, tribunos & centuriones &c